



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLI. Gerhard und Johann, Grafen von Holstein, beschenken das Kloster zu
Jtzehoe mit Zuziehung ihrer Schwester, der Markgräfin Hedwig von
Brandenburg, am 17. August 1272.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

principum aut dominorum ordinat felix nobilitas, solent scripturarum fulciri testimonio, ne successoribus ipsorum ambiguitatis scrupulus valeat immisceri. Notum itaque volumus esse presentibus et futuris, quod nos ad instantiam dilectorum nobis Consulium ac Ciuitatis Lubycensis et propter eorum grata seruicia nobis ab ipsis sepius impensa, damus ipsis hanc libertatem et gratiam, vt in Ciuitate nostra Danzceke et in fluuio Wizle sursum atque deorsum et per totam Pomeraniam ac in confinibus adiacentibus veniendo vel abinde alias diuertendo, tam ad aquas quam ad terras, a theoloneis et exactionibus liberi permaneant et exempti. Preterea si quisquam ex ipsis, quod absit, in terminis predictis naufragium passus fuerit, vel quocumque modo periclitabitur, bonis suis in terris et in aquis sine quibuslibet impedimentis, sicut ante naufragium, sic et post, libere perfruatur, nisi si quisquam ad ipsa bona saluanda manus adiutrices prebuerit, qui secundum estimationem proborum virorum sui laboris mercede debita sit contentus. Vt autem hec gratia et libertas a nobis donata inuolabiliter a nobis et a nostris successoribus obseruetur, presentem paginam inde conscriptam nostro Sigillo fecimus communiri. Testes sunt milites nostri Ludeco de bekendorpe, Tribbemar, Johannes de zafrow, Lodewicus de Weddele, famuli Johannes de Oldenflite, Henneco troye, Heiuricus de Weddele. Datum Lubeke, Anno domini M^o. CC^o. LXXII^o., Feria quarta post assumptionem beate et gloriose virginis Marie.

Aus der Lübeck'schen Urkunden-Sammlung I, Nr. CCCXXXIII.

CL. Johann, Otto und Konrad, Markgrafen von Brandenburg, befreien die Lübecker in Danzig und auf der Weichsel, so wie in ganz Pommern, von allem Zoll und vom Strandrechte, am 18. August 1272.

Nos Johannes, Otto et Conradus, Marchiones de Brandenburg etc. (wörtlich mit der vorstehenden Urkunde gleichlautend) Feria quinta post assumptionem beate et gloriose virginis Marie.

Aus derselben Sammlung Nr. CCCXXXIV.

CLI. Gerhard und Johann, Grafen von Holstein, beschenken das Kloster zu Itzehoe mit Zuziehung ihrer Schwester, der Markgräfin Hedwig von Brandenburg, am 17. August 1272.

Gerhardus et Johannes, dei gratia Comites Holstatie, consensu heredum nostrorum — et de consensu heredum fratris nostri Joannis pie memorie, videlicet Heilwigis, uxoris domini Ottonis Marchionis, Agnete uxoris domini de Rostock, Adolphi, Alberti etc. — Datum Itzeho, IV. feria infra octauam B. Marie virginis assumptionis.

Ausführlich in Pfeffingers Br. Lübeck. Historie II, 762.